



von Bm. S.C.M.

L. A. Pictor. A. I.

VITA
B. JOANNIS
NEPOMUCENI
MARTYRIS,

AUTHORE
P. BOHUSLAO BALBINO, Soc. JESU
CONSCRIPTA,

*NUNC DENUO EDITA, ET ICO-
NISMIS PRÆCIPUA BEATI
ACTA EXHIBENTIBUS
ILLUSTRATA.*


Scalpro & sumptibus
JOANNIS ANDREÆ PFEFFEL,
Cæsarei Chalcographi.

Cum Licentia Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Typis JOANNIS JACOBI LOTTERI, Anno 1725.



REVERENDISSIMO
ILLUSTRISSIMO DOMINO,^{AC}
DOMINO
FRANCISCO
JULIANO,
DEI GRATIA
EPISCOPO HIPPONENSI,
S. R. I. COMITI à BRAIDA ,
CATHEDRALIS ECCLESIAE
OLOMUCENSIS
CANONICO ET SUFFRAGANEUS:
NEC NON CELSISSIMI
^{AC}
EMINENTISSIMI DOMINI,
DOMINI
EPISCOPI OLOMUCENSIS
IN SPIRITALIBUS
VICARIO GENERALI,
ET
OFFICIALI,
ARCHIDIACONO ZNOYMENSI.



Reverendissime , ac Illustrissime
Domine, Domine
&c. &c.

NE mireris Reverendissime , & Illustrissime Domine , postquam superioribus annis Reverendissimis , & Clementissimis Principibus Alexandro Augustano , & Sigismundo Viennensi Præsulibus , illi Dominicæ passionis mysteria , huic Viennenses sacras Basilicas affabre ætri incisas , amplissimis duobus nominibus inscripsi , à me tibi hoc tertium opus , quod dudum mul-

DEDICATIO.

multis titulis nomini tuo debebatur , nuncupari .
Duo enim potissimum ad hoc ut religiosissima B.
Joannis Nepomuceni , plena sanctitatis acta , ele-
ganti ut ut pro rei amplitudine compendiario cala-
mo à R. P. Bohuslao Balbino è Societate JESU vi-
ro eruditissimo olim conscripta , adjunctis æreis ta-
bellis publici juris facerem , animum inclinârunt . Pri-
mum , quod non sine animi voluptate cernerem ,
elaboratas à me superioribus temporibus ea , qua
poteram , arte , ut rei dignitas postulabat , ducto
scalprò Divi hujus imagines tanta manuum com-
plosione per Bohemiam , ac Moraviam passim ex-
ceptas ; avidissimis quoque animis in remotiores
etiam Regiones expetas ; ad hoc plurimorum ar-
dentia vota intelligerem , Divi Nepomuceni gesta ,
quæ in iisdem tabulis summaria methodo excusa
mirè pascunt intuentium animos , paulò enuclea-
tiùs exposita legendi , tractandique . Alterum , quod ,
cum novis indies , iisque recentissimis , ut fama fert ,
prodigiis cœlum ipsum Joannis virtutes probare vi-
deatur , nihil me ab æquitate alienum facturum ju-
dicarem , si hac meâ opellâ immortalia ejus facino-
ra orbi commendatum irem .

Verum dum anxia subiret cogitatio animum ,
neque probè nossem , cuius sub auspiciis hoc nego-

DEDICATIO.

tiū agerem ; visum est tuā uti ad propositum
meum authoritate & studio : quorum altero tan-
quam clypeo in fronte libri appenso calumniantes
veritatis hostium injuriæ retundantur ; altero invi-
&issimi Herois in oppetenda pro Christo mortefor-
titudo , debellata silentiō Wenceslai Regis garrula
crudelitas , virtusque cœlo digna , quæ Bohemiā to-
tā solis instar resplenduit , longè latēque celebretur ;
Ad hoc verò immortalis nominis tui , & præclarè
gestorum fama pietasque perspecta omnibus (quæ
non unius Bohemiæ , Moraviæque angustos passa
limites , sese in exterias terras , etiam ad nos usque
profudit) plurimū conferre posse videbantur . E-
nīm verò , cùm *Similitudo morum Mater sit amo-*
rūm , nihil à te alienum arbitrare ; si illius causam
egeris , cuius vitam ab ineunte ætate tuam fecisti ,
dum nihil habuisti prius , quām ut in te Bohemia ,
piique omnes alterum Joannem Nepomucenum ,
nescio , an majori tui commendatione , an verò disci-
plinæ Ecclesiasticæ commodo , venerabundi suspice-
rent . Et meritò : magna enim te inter Antistes sa-
pientissime , (modestiā tuā dixerim :) & Joannem
Nepomucenum vitæ , morūque conjunctio ab
ipsis incunabulis intercessit .

Joannes honesto quidem loco natus ; at cœle-
stibus

DEDICATIO.

stibus flammis , quæ nascentis insederant domui , factus illustrior , vix ortus futuræ sanctitatis signa portendit. Te splendida natalium conditio , & geminæ cœli faces, novum Prosapiæ tuæ sidus, ab ortu illustrârunt : eos enim Majores nactus es, quorum Regio Diadema * subinde coronati vertices summis Reipublicæ in Italia, Bohemia, aliisque Provinciis admoti muneribus , consilio , fortitudine , constantia de Regnis, bonoque publico optimè meriti perennem nominis sui, & amplissimorum factorum gloriā in posteros , quos Bohemia & Moravia, ut tuas, & Germani tui laudes taceam , Patres Patriæ semper habuit, propagârunt. Amplius dicam; gemino illustratus es sidere sanctissimo Pio V. Pontifice , ac Thoma Aquinate ; * qui è tuo quoque orti sanguine plus claritatis, quàm per tot secula Majorum tuorū facinora, quamquam illa amplissima sint, stirpi tuæ attulère. Ab his generis nobilitatem æquè, ac virtutis splendorem hæreditario jure es consecutus. A teneris illico annis sacris rebus afficbare ; si loquendum, si agendum esset quidpiam , tanta utebaris moderatione, ut nihil in puerili ætate agere videreris, quod virum non deceret : quo obtinuisti, ut nemo esset, qui indolem tuam ad summa

* * Ex panegyrico Zaræ dicto 4. Octobr. An. 1723.

DEDICATIO.

ma quæque natam ex his velut ex ungue Leonem
non agnosceret.

Vides, quām par utriusque vitæ initium ; sed major morum similitudo ; candem enim vivendi normam communem cum Joanne habuisti : ille capacissimam nactus mentem vix annos juveniles attigit, ea industriæ laude omnem literarum, & Christianæ pietatis studio operam consecravit, ut Joanne doctior, ac sanctior audiret nemo ; & quanquam ingenii amplitudo, indoles ad maxima nata sponderet plurima, caducarum tamen pertæsus rerum omne studium eò contulit, ut Sacerdotii potiretur: hoc cùm esset adeptus, operam suam in tutanda Ecclesia Catholica, in conciliandis dissidentium animis, in reprimendis sceleribus, lucrandisque Deo animabus melius collocatam ratus ; adeò se probavit, ut in familiarem consuetudinem à Wenceslao Rege admissus, eidem factus ab Eleemosynis, paulò post Canonicum ad S. Vitum Pragæ ageret ; & nisi modestia, animique demissio abnuiisset, iisdem, quas meruerat, Litomisliensi, & Wischehradensi Infulis ornaretur.

Habes hīc tuarum laudum compendium strenuus Joannis æmulator Reverendissime Domine : florentis vitæ ætatem virtutibus, mansuetioribus
juxta

DEDICATIO.

juxta ac severioribus disciplinis ea ingenii felicitate
impendisti, ut passim & probus & doctus indigita-
reris. Ad hoc ; tibi fortunas amplissimas ab gen-
eris nobilitate, dignitates summas à tuis, Majorum-
que meritis ; spes denique maximas à favore om-
nium in Civili Republica pollicebare. Quod cùm
scires oculatus , erat, ut hujusmodi seculi crepundia
mentem à pientiori proposito avocarent; nisi in con-
stantem animum incidissent. Generoso pede va-
nas fortunæ arridentis illecebras calcâsti ; dum ad Sa-
cerdatoria convertens animos in Sacerdotem unctus
totum te alterum Samuelem immortali DEO con-
secrâsti. Dies me deficeret, si ea, quæ Minister DEI
publicus perenni laude dignissima gessisti , omnia
enarrem : Mitto ad omnem modestiam & pietä-
tem compositos vitæ mores ; mitto indefessum di-
vinæ gloriæ promovendæ ardorem ; mitto servi-
dam Ecclesiæ Romanae defendendæ mentem ; illud
solùm indigitâsse sufficiat : duo potissimum in te ,
tam exquisitam politioris literaturæ, utriusque Pon-
tificii, & Cæsarei juris peritiam, ac parem tantæ do-
& trinæ pietatem, omnibus admirationi fuisse. Un-
de nec virtus, nec eruditio tua diu in umbra latuit,
in solem, & pulverem progressa est ; cùm te passim
amplissima munia ambirent, non tu illa ; & à qui-

DEDICATIO.

bus alii honorem mutuantur, tu eisdem gloriæ , & dignitatis plurimùm addidisti. Olomucensis tamen Ecclesia non sine pia aliarum invidia velut altera Magdalena partem elegit optimam, quando te primò Canonicum naœta non inertem, & otiosum; sed talem, qui ex accessione dignitatis novam sibi impositam provinciam arbitratus, tantò sanctius vixit, quantò sublimius se supra cæterorum conditio- nem positum cerneret: Semper primos inter rigida hyeme, quod etiamnum soles, in Choro ; assiduus in audiendis confessionibus, dicendô ad concionem ardentissimus, in adjuvandis consilio, & ære indigis munificus, beneficus in omnes ; Religiosus inter seculi turbines videbare. Familiam quoque elegisti gravem, modestam, cui in oculis nihillividum; nihil concinnum in comis; nihil ambitiosum in vestibus; nihil turgidum in incessu; nihil garrulum in sermone; nihil improbum in moribus : tanta tibi semper erat pietatis cura. Testatoria sanè hæc fuerunt, quam ut corum, quorum interest virtutem remunerari , oculos laterent. Hinc à sapientissimis Dioœcesis Olomucensis Antistitibus, qui acre, & singulare adhibent judicium in viris ad gravia munia eligendis, qui nihil gratiæ, totum virtuti concedere soliti sunt, Vicarius, ut ajunt, Generalis es constitu-
tus.

DEDICATIO.

tus. Quod munus tanto Moravici Cleri, Ecclesiarum, & pietatis emolumento sustinuisti, ut perspecta tua virtus summa cum ingenii dexteritate & eruditione conjuncta, resque præclarè pro re Catholica ubique gestæ Romam usque se se penetrârunt; quæ, ut amat, viros dignitatibus quærere, non viris dignitates, te Hypponensi Mitrâ; non enim minus prœmium meritis tuis æquari poterat, coronavit.

Non tamen te ideo à pressis Joannis vestigiis avocatum dicam, ille quidem Infulas sibi oblatas magna demissionis laude repudiavit; tu hanc non minori dignus præconio, non à te ambitam, invitust acceperisti, & etiamnum majores eâdem, qua illas mereris, virtute recusas, negligis, aut declinas. Illud utrique iterum commune, quod cùm omnia ad Divi hujus exemplum agas, eodem jure, quo felicitatem suam, atque amplitudinem Joanni Nepomuceno Pragensis S. Viti Ecclesia, tibi Olomucensis suam quoque referre debebat in acceptis. Nam, omissis veteribus, recentiora memoriâ recolamus: quantus tibi meritorum accessit cumulus his annis, quibus Eminentissimi Cardinalis, & Episcopi Olomucensis cum Initiatoris, seu, ut vulgo suffraganei potestate laudatissimè vices geris! Næ munus hoc, cui multorum humeri sunt impares,

DEDICATIO.

tanta fide, diligentia, & dexteritate obis, ut ubique DEI, & Cælitum honorem, disciplinam Ecclesiasticam neglectam, aut penè collapsam restituas, augeras, fancies. Testantur id duodecim variis in locis Augustissima Deo à te sacrata templa ; sibi restituta quam plurima ; quæque ad ornatum, & Majestatem facerent, studiosissimè procurata. Quod tuum in emendandis malis moribus ardens studium, populi & Cleri pietas, qui toti Moraviæ & Bohemiæ virtutis, & Religionis est speculum, metacente loquitur.

Illud omnes in te mirantur, quòd, senili ætate, & fractis viribus cùm sis, per vias asperas, ac montium rupes brumali non raro tempore cum gravi valetudinis periculo ædes sacras perlustres ipse, in pravos mores inquiras ; tam clementer vitia à tuis propulses, ut feriendo parcere, & parcendo ferire videaris. Est quoque tibi laudatissimum hoc perfamiliare, ne procul dissitæ à Pastore animæ spirituali remedio ad consistendum in virtute careant, omni ratione contendere ; unde ut populo itineris molestiam sublevares, tuam negligis : dilatis etiam gravibus Patriæ negotiis, quo indigenti populo confirmationis Sacramentum conferres, Saram, Cajam, aliisque remotiora loca adeò frequenter proficisci-

DEDICATIO.

cisceris , ut quinquaginta octo mille quadringentis
quinquaginta tres percenseantur, quos Sacro unetos
oleo ad fortiter pro virtute & fide dimicandum ro-
borasti ! accedit, quod spiritualibus mediis huma-
nam etiam industriam ad tuorum profectum adhi-
beas, bonisque Pastoribus, quibus cura concredi-
tarum tibi ovium tutò committeretur, acutus , &
sagax populo sapientissimè consulas : munera ver-
rà tui partes omnes ita exples , ut nec te Chorus
psallentium Domino suum unquam Canonicum ,
nec Dioecesis Vicarium requirat.

Poterant alii tot consumi laboribus , tot iti-
neribus frangi ; tu contra erectior, tantum abest, ut
hac negotiorum mole faticas, ut etiam , cum do-
mi sis, autoritate , & consilio bono publico, tuis-
que Ecclesiis longissimè prospectum eas : Si enim
Ecclesiis opus Rectoribus, prius facto virtutis peri-
culo, eos , quos exploratissima virtus eruditioni so-
cia commendant, tanto muneri admoves ; probè
sciens : dignitates esse merces virtutis, non ambi-
tionis ; meritorum, non precum. Si Civilis Rei-
publicæ necessitas postulat, postulat autem quam
frequentissimè, ita malis mederis, & bonum pro-
curas, ut , qui tua facta propriùs intuentur, meritò
in dubium vocent, an in rebus aggrediendis prom-

DEDICATIO.

ptior, prosequendis fortior, aut perficiendis felicior sis. De utraque Republica cùm Civili, tum Ecclesiastica optimè meritus: de illa, quòd tuis crescat, & floreat sapientissimis consiliis; de hac etiam quòd per te sacris initiatos habeat quàm plurimos (amplius enim, quàm 7431. viros omni eruditio-
ne, & virtute conspicuos Deo consecrâsti) quorum opera in instruendis rudibus; expiandis à noxis animis; atque administrandis Divinis Mysteriis ute-
retur. Hoc quidem utilitatis est; alterum gloriæ & decoris; utrumque tibi debet. Habet Moravia summis ornatos muneribus, sanctitate & rebus be-
ne gestis spectatissimos, qui non minori ornamen-
to, quàm utilitate rem gerunt Catholicam, Cœno-
biarchas, & Hæteriarchos non paucos, quorum tu
decem, si non penè omnes, infulis ornâsti: Autho-
ritati an potius virtuti accedit tuæ, quòd duo Re-
verendissimi, ac Illustrissimi Franciscus Engelbertus
Barbo è Comitibus de Bexnstaïn, & Wenceslaus Ca-
rolus S.R.I. Baro Koschinschy viri & generis Nobili-
tate, & doctrinâ amplissimi coram te caput demi-
sere, ut prior Dariensë, hic Reginæ Hradecensis urbis
Episcopalem Mitram, meritorum suorum præmia,
ex manibus tuis capesserent. Unicum ad gloriæ tuæ
culmen deesse visum est; ut tuo, cuius vices geris,
Emi-

DEDICATIO.

Eminentissimo Cardinali & Principi Ecclesiæ Olomucensis, dignum tanto capite Episcopale decus, quod tuis quoque meritis par esse poterat, imponebas; & id obtinuisti: illud profectò virtuti tuæ tribuendum, quòd dum adeò liberalis aliorum vertices sacris honoribus consecrares, tui sis oblitus, qui majora, ac habes, promereris. Nimirum non honores accipere, sed mereri; & virtutem sibi ipsi dignum esse præmium judicâsti. At dices, nihil horum B. Joannes Nepomucenus; nec infulas gessit, nec contulit: non abnuo; verùm & tu ita hæc agis, ut agere non videaris; cùm nihil gloriæ, nihil ambitioni, nihil tuæ, sed totum Ecclesiæ, cui labores tuos, & senilem ætatem impendis, utilitati tribuas: in hoc autem Nepomuceni vitam omnem fuisse consumptam, verius est, quàm ut persuadeam. Verùm quid hæc commemoarem? Si populi quoque mixtum non muta veneratione amorem, quem in te concitâsti; si modestiam, qua infractus fortunam blandientem fers, qua in tanto dignitatis fastigio excusandum nihil in tuos mores admittis, adducerem, sola Moravia paginam faceret.

Illud mihi primo propositum fuit loco; ardens studium, quo Divi Joannis Nepomuceni Cultum promotum ubique contendis, certissimum amo-

DEDICATIO.

moris, ac imitationis argumentum, admirari: non enim tibi satis erat, quem moribus æmularis, privato à te honore coli: totus in id incubuisti, ut; quæ totius Bohemiæ erat votorum meta, eidem publici honores decernerentur. Innotuit hæc tua Romæ pietas: unde, dum Anno M. DCC. XVII. rogatu totius Regni, & tua maximè industria Clemens XI. summus Sacerdos ex sapientissimis Bohemiæ præsulibus, qui Joannis aëta, ac nova indies facta prodigia ad veritatis trutinam revocarent, sacram senatum coëgisset, Te hujus ornatissimi consilii, licet spectatissimi alii Antistites abundè suppetterent, præsidem, ac judicem constituit. Egisti id munus tanta dexteritate ac studio, ut remoto omni negotiorum objice stupentibus aliis, nullo frigoris acerbi, aut valetudinis sinistræ malo deterritus, pluribus etiam horis ad confirmandam prodigiorum veritatem jusjurandum acciperes: tanta auctem æquitate tulisti sententiam, ut ea, quæ tuo iudicio probata sunt, Romæ quoque probarentur. Unde factum Anno M. DCC. XXI. Joannes Nepomucenus in Beatorum Martyrum Catalogum referretur. Hoc verò cùm esses assecutus, non facile dixerò, quanta ex illo beneficio in Divum tuum Patronum exarseris pietate: illud argumento sit, quòd, licet

DEDICATIO.

licet septuaginta duos prope annos numeres, longissimi tamen itineris molestias minimè pertimescens ad Beati Corporis levandi solennia Pragam advolare apud te constitueris; quæ cùm te ignaro ob auspicutissimum, inopinatum tamen Mariæ Elisabethæ feliciter regnantis Imperatricis adventum ante statum tempus fierent, multum tibi pii doloris id attulit; verùm ut est amor ingeniosus, Religiosum honorem, quem Pragæ tuo Beato Nepomuceno exhibere non poteras, compensasti: quando à te duobus ab hinc annis primum in Moravia templum, in Beati Martyris honorem, à Reverendissimo, & Illustrissimo montis viridis Cœnobiarcha Saræ erectum, non sinè ingenti animi voluptate est inauguratum.

Mitto reliqua, ut tuæ cædam modestiæ; compendio dixisse sat sit, voce populi loquor: tua industria D. Joannis Nepomuceni Cultus in Bohemia, ac Moravia adolevit, pietate crescit, tuo studio perpetuabit. Et hæc ratio erat Illustrissime & Reverendissime Domine, cur nomini tuo hanc paginam inscriberem; quod scirem hæc gloria D. Nepomuceni facinora à nemine tractanda sæpius, venvenda diligentius, quam à te; qui vitam D. Joannis exprimere per singularem virtutum imitatio-

C

nem


DEDICATIO.

nem bonis omnibus videris. Perge igitur & benigno affectu hoc meum erga te studium prosequere : tantum audeo ex tua, cuius vitam proferant superi meritis parem, mihi facilitate blandiri, quod demittere oculos in hæc folia non gravaberis; quo uno felicem me arbitrabor, tuisque favoribus obstrictus in perpetuum vivam, ac ero.

*Reverendissimæ ac Illusterrissimæ
Dominationis Suæ*

Devotissimus

JOANNES ANDREAS PFEFFEL,
Calcographus Cæsareus.



VITA B. JOANNIS NEPOMUCENI ECCLESIAE METROPOL. PRA- GENSIS S. VITI CANONICI, PRESB. ET MART.

Authore BOHUSLAO BALBINO S. J.
Actis Sanctorum ab Hagiographis Societatis Jesu
Antverpiensibus ad diem 16. Maji inserta.


P R O L O G U S.

I. **N**Ullum umquam tam infelix, tam bonis inimicum, ac tanta sterilitate damnatum Christianæ Reipublicæ seculum illuxit, in quo nasci & crescere pietas & virtus non possent: imò quæ deteriora fuere tempora, eadem feraciora fuere sanctitatis: adversa enim virtutem non opprimunt, sed faciunt, & factam corroborant. Quod vel in Bohemia nostra Wenceslai, Caroli IV. degeneris filii, Regis ac Cæsaris Imperium satis ostendit: qui cùm Princeps esset ignavissimus, idémque in luto sanguine macerato (quod ei & in baptismo, & postea dum infans coronatur, ominosè contigisse scribit Paulus Zidets in Chro-

Prologus.

nico Bohemiæ M.S.) federet, id est libidinosè & crudeliter regnaret; tamen in tanta universi regni à capite suo corruptela, Ecclesia Bohemica, & præcipuè Pragensis Metropolitanæ, tam insigni numero virorum, summa generis claritate, doctrina, rebus fortiter pro Ecclesiæ immunitate gestis, vita innocentia ac sanctimonia, cæterisque magnorum Sacerdotum virtutibus eo tempore abundavit, ut non ferrea, vel lutea; sed aurea & gemmea Ecclesiæ tempora rediisse viderentur. De his illustribus Pragensis Ecclesiæ viris in historia Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ egimus: nunc B. Joannis Nepomucensis vel Nepomuceni vitam & mortem felicissimam brevi compendio complectar, idque in arcani Confessionis Sacramenti (cui ille vitam suam impendit) honorem & gloriam. Ac nihil ego quidem dubitem, tanti Martyris Vitam pridem conscriptam in antiquitate fuisse: at hæresis, quæ B. Joannis mortem paulo post exceptit, iisdem flammis, quibus templo & cœnobia omnia apud nos considerunt, corrupisse videtur. Quæ igitur de beato Martyre adferemus, in manuscriptis plurimis ea ætate viventium hominum (quorum mihi suppetit copia) tum in typo expressis codicibus reperta, & in unum summa fide & religione collecta, non tam diligentia cuicui meæ, quam felicitati, quod inventa sint, adscribantur.





C A P U T I.

Pueritia B. Joannis, Sacerdotium & cetera munia.

2. **N**atus est B. Joannes Nepomucensis in Bohemiam oppido Nepomuk, vel (ut veteres appellabant) Pomuk, in Pilisnensi regione, Praga distans Bavariam versus magnis decem milliaribus. Oppidum Nepomuk argenti fodinis quondam nobile, cum religionis antiquæ vestigiis, nec minus Monte, qui oppido incumbit, & Viridis dicitur, celebratum est: quod nimis in eo Monte (ut ex Annalibus Bohemicis constat) S. Adalbertus Pragensis Episcopus, Româ ad Bohemos gentiles suos rediens, multis annis negatam Bohemiam pluviam, sanctissimæ Crucis signo, cum bonis prectionibus in campos latè jacentes efformato, statim cœlo deduxerit; ac primum hunc montem, totam deinde reliquam Bohemiam gratissimo surgentium herbarum virore recrearit; unde etiam Pomok vel Pomuk, ab immadescendo, loco nomen datum existimo. Quo anno B. Joannes editus in lucem sit, scire non possumus, ex ætate reliqua suspicamur, inter annum M. CCC. XX. & XXX. ortum esse. Parentes, oppidani & mediae fortunæ fuerunt, pietate magis quam genere & opibus illustres. Pietatis hoc indicium est, quod ætate jam senecta, cum prole omni carerent, precibus & votis fusis ad Dei Matrem (quæ in statua sua sub Viridi-monte in Cœnobio Cisterciensium, non ita procul Nepomuko, religiosè à populo colebatur) impetrarint filium; cui, ut affectus erga Mariam Dei Matrem ipso nomine admoneretur, Joannis imposuere nomen. At non uno beneficio

neficio contenta Virgo Mater , quæ nuper ex utero sterili Joannem eduxerat , & propè creaverat , eadem recreavit : nam cùm puerus Joannes in gravissimum incidisset morbum , voto ad ejusdem Divæ Virginis simulacrum à parentibus edito , & promissis in æratem reliquam pro filio obsequiis , protinus surrexit incolmis.

3. Sed ante id quoque servi sui sanctimoniam & cœlestem vitam cœlesti indicio comprobaverat Dñe US : nascente enim Nepomuci Joanne , serenissimæ quædam flammæ , cœlo visæ descendere , amabili & innocentí luce , gratissimo civitati spectaculo , totam domum , in qua Joannes nasciebatur , circumfuderant. Hoc flamarum augurium sanctissimis quibusdam viris in ortu concessum , B. Joannes noster tota reliqua vita , ardentissimis ad populum sermonibus , & ignitis ad Deum precibus approbavit : cædémque flammæ cœlestes etiam mortuum sunt comitatæ , & mersum in fluminis alveo prodiderunt. Sed in historia præverti non decet. Puer Joannes , ut primùm scholis admotus est , formulam divino sacrificio ministrandi exactè perdidicit ; eaque in usum deducta , nullo postea impellente , quotidie cum prima aurora ex oppido ad Cisterciense cœnobium decurrere , omnibus ex ordine quotquot sacra facerent Sacerdotibus ad aram ministrare , consuetudinem sibi fecit ; tanta rāmque pertinaci pietate , ut jam velut domesticus & Sacrificiorum stabilis minister inter altaria versaretur. Quo , parvo quidem in speciem , sed non planè futili ad extremum argumento , magnum aliquid se jam tum in puero Joanne videre prudentes credebant.

4. Erat ei , cum dulci & rosea quadam ac pudibunda pietate , acre , vividum & igneum quoddam ingenium ; cui ut parentes crescendi darent copiam , Zatecium ad celebres ea tempestate Latinitatis Scholas miserunt. Hic prima latinæ grammaticæ elementa , ac reliquas annis sequentibus humaniores disciplinas , egregio profectu & rara ingenii commendatione percepit. Præcipue

cipue juveni ad bonas spes genito eloquentiaz studium placebat ; ad quam eum natura ipsa conformarat & finixerat : plerumque enim genio cuiusque impellente id in studiis nostris sequimur, quod nos assequi posse confidimus : sine spe captare profectum , irritus labor est. Cùm jam Zatecii (urbs est Bohemiaz celebris) nihil restaret discendum , ad altiores scientias , neque linguam tantum , sed pectus ipsum excolendum , Pragam Joannes contendit. Paulo ante tempora Universitatem Studiorum Pragæ excitarat Carolus IV. Imperator & Bohemiaz Rex : & conquisitis ex omnibus litteratis Urbibus , Parisiis , Bononiâ , Paduâ Magistris , omnis doctrinæ divinæ & humanæ Scholas aperuerat. Ad eos igitur se Joannes noster applicuit , ac primùm Philosophiæ Magister inter primos , tum Theologiæ ac Sacrorum Canonum & Decretorum creatus est Doctor. Theologiam ad Ecclesiam Collegiatam S. Apollinaris in Nova - Urbe Pragensi (ubi ea frequentissimè docebatur : nam ex vicina Wissehradensi Ecclesia Clerici omnes huc itabant) audivisse constat , sub optimis Magistris ; ceteras scientias in quibus Collegiis percepit , incertum est.

5. Jam pridem ex quo dare litteris operam cœperat Joannes , ad Sacerdotium & animarum obsequia vocari se senserat : ardentiùs , cùm jam prope metam esset , ad id etiam ferebatur. Quamvis verò studiis litterarum pietatem & virtutem semper conjunxerit ; tamen cùm existimaret , quò quis magis ab animi cultu comparatus ad suscipiendos Sacerdotum ordines accesserit , eò postea feliciùs in animarum salute versari ; integrum mensem ab omnibus profanis negotiis vacuum , Sacerdotio præmisit : quem mensem totum in afflictando corpore , repurganda conscientia , impetrandis cœlestibus ad tantum tamque divinum munus auxiliis , piisque commentationibus & consiliis in futurum , traduxit. Ex hac solitudine egressus , & sacris initiatus Ordinibus , cùm nullas ad populum phaleras & multa dicta , ut ait Comicus , sed Spiritu divino animata verba & cœlestia sensa , velut hastas amentatas ,

tas, aut potius ipsos currus falcatos in subjectam concionem ex alto immitteret, & regnaret in animis, ex auditorum commendatione, motu, lacrymis, & magis emendatione vitæ, magnam paravit sibi auctoritatem, & brevi præstantis Ecclesiastæ nomen apud Pragenses est adeptus. Itaque approbatione omnium Joanni in basilica Beatissimæ Virginis ante Latam - curiam (vulgo Teinam vocant) in antiqua urbe Pragensi, primario urbis loco, concionandi munus imponitur. Difficile esse potuisse, auditores jam pridem maximis & dissertissimis viris assuetos tenere dicendo. Succedebatur Conrado de Stieckna, quem unum ætatis suæ eloquentissimum Pragenses fuisse crediderant: succedebatur Joanni Milicio, non ita pridem extinto, quo dicente, unâ omnes matronæ Pragenses vestium luxum abjecerant, meretrices poenitentes magno numero cœnobii sese incluserant, lupanaria cives ipsi dejecerant. Tamen Joannes noster omnem illam populi expectationem implevit, & desideria superiorum concionatorum extinxit, prudentissima modestia semper abstinentis à contentioso dicendi genere, & invidiosis in Ordines Mendicantes invectivis, quod magnis illis quos modò nominaveram Ecclesiastis, ut tum erant tempora, grave apud multos odium, Romæ accusationes, ac propè exitium legitimus attulisse.

6. Jam B. Joannis labor, doctrina, virtus, & parta tot meritis apud omnes auctoritas altiorem merebantur gradum. Itaque Joannis Archiepiscopi commendatione, de communi sententia, in Canonicorum Collegium sanctæ metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis adlegitur; simûlque ei in eadem S. Viti Ecclesia ante Cæsarem concionandi defertur provincia. Primum illum honorem diu recusavit B. Joannes, diuque cum beati viri modestia pugnatum est; cum verò se eo loco indignum diceret, omnium tamen vocibus superatus est, clamantium, Tantò melior! & digniorem esse, qui non ut ceteri honores quereret, sed ab honoribus quereretur. Compluribus igitur annis in Ecclesia S. Viti Bohemi-

hemici Ecclesiastæ munus B. Joannes jam Canonicus obiit: eumque non modò Rex & aula universa, sed iidem, qui olim in Tein concionantein audierant, sequebantur. Præcipuum concionum argumentum poenitentia scelerum fuit; tum adversus licentiam nobilium & Aulæ, adversus ebrietatem quæ tum invaluerat, adversus luxum ac ceteros corruptissimi illius seculi mores contentio, & poenarum cœlitùs infligendarum repræsentatio. Nondum Wenceslaus Imperator ad imum malorum devenerat. Itaque vi-ri doctrina, sapientia, & interioribus litteris captus, & eloquen-tia victus, auditio Joanne multa faciebat.

7. Tradunt veteres memoriz, cùm forte per id tempus Sedes Episcopalis Litomisslij in Bohemia vacaret, Joannem à Rege ad eam Cathedram ante omnes fuisse destinatum: at is multis in speciem probabilibus causis allatis, Cæsarem ab ea cogitatione dimovit. Præpositi exemptæ Ecclesiæ Wissehradensis dignitas co-tempore in regno par erat dignitatibus primis: Princeps regni Cancellarius, primus post Archiepiscopum regni Primatem, Præpositus Ecclesiæ illius (quæ ingenua uni Romano Pontifici immedia-tè subjecta est) habebatur: adde opum ingentem vim, nam an-nui pröventus ad octoginta florenorum Hungaricorum millia a-scendebant: summa profecto præstans, quæ, nondum aperti navigatione Indiis, alterum tantum hodie conficeret. Hæc ipsa dignitas Præpositi à Wenceslao Rege ac Cæsare B. Joanni oblata est, sed & hanc repudiavit, quod abstrahi à lucris animarum & à sacris concionibus, quibus inflammabat omnes, gravissimum du-ceret. Sed Eleemosynarii munus (dignitas est in Aulis Regum usitata & gratiosa) à Rege & Regina magno honore & comitate verborum oblatum, ne omnia aspernari videretur, & honorum contempsio in superbiam verteretur, accepit: eoque in munere ita sese probavit, ut ejus dexteritatem & solertiam & integratatem aulici, misericordiam pauperes, prudentiam & in distribuendo justiciam commendarent omnes.

Vita B. Joannis Nepomuceni

8. Crescebat in dies viri sancti auctoritas : itaque Imperatrix, Joanna nomine, Alberti Bavariæ Ducis & Hollandiæ Comitis filia, matrona candore animi, morum innocentia, pietate ac ceteris Reginarum virtutibus spectatissima, quæ B. Joannis sacra dictione mirum in modum tenebatur, & validissimè ad omnem virtutem incitari se sentiebat, hunc sibi conscientia sux arbitrum, hunc vitæ magistrum, hunc patrem de legit. Valuit ad plures exemplum. Religiosæ Virgines in Parthenone sacro ad D. Georgium in Arce Pragensi, & ipsæ B. Joanne ducente & docente ad summum religiosæ perfectionis apicem, non tam passibus, quam volatibus ferebantur. Veteres quædam memoriarum addunt: B. Joannem Metropolitanæ Ecclesiæ Decanum electum esse hoc tempore. At cum inscriptio Sepulcri hoc titulo careat, & meliores codices non subscribant, credibile est errorem subesse. Id certius: in B. Joanne sanctam Pragensem Ecclesiam oraculum quoddam doctrinæ, atque, ut sic loquar, sententiarum Magistrum habuisse. Tanta enim erat de viri virtute & sapientia apud omnes existimatio, ut quidquid B. Joannes consultus statuisset, id partes velut æquitatis plenum probarent, ac sine contradictione sequerentur. Atque ejus rei veteres quidam codices faciunt fidem, ubi in causis difficillimis, quæ per sententias judicum diu finiri non poterant, Joannes Nepomucenus senior (nam alter Joannes Ponmuk Decretorum Doctor, Canonicus Wissehradensis & Archidiœceseos Vicarius Generalis, primùm post B. Joannis mortem florere cœpit, post annum M. CCC. XCVI.) noster, inquam, B. Joannes arbiter, atque ut illi loquuntur, laudator eligitur: idque Beatum virum fiducia doctrinæ & pacis amore sapius suscepisse, ac liberè pronuntiasse, ex sententiis ipsis, quæ recirantur, cognoscimus.

C A P U T I I.

*B. Joannis ob servatum Confessionis arcanum
frustra torti ac demum in flumen mersi exequia.*

9. **I**n terea Wenceslaus Cæsar (ut lubrica omnis nequitia est, & in descensum & casum præceps) quotidie scipso evadebat deterior. Reginam Joannam, quam præsentem oderat & ferre non poterat, eamdem absentem miserè deperibat. Pravum de se & præpostera educatione corruptum Wenceslai ingenium (ut fert multorum opinio) philtiris quibusdam magicis effaverant, & prorsus insanum ex pravo fecerant, scelerum regiorum administrì. Non est hic locus licentiosam illam, cruentamque & maculis fœdè notatam regis vitam describendi: Annales eorum temporum consuluntur. Annus agebatur post Christum natum M. CCC. LXXXIII: Regina, Wenceslai quotidianis sceleribus offensa, cùm nullum amplius ex rebus humanis Solarium caperet, neque per matiti suspiciosos oculos capere posset, crudelitatem ejus perhorrescens (maximè quod etiam mensam dapésque regias, cæribus procerum & sanguine respargere pro delicis & bellariis habebat) quod tutissimum videbatur, omnem mundi amorem abhincere, uníque se Deo totam (quantum vita conjugalis finiret) donare constituit. Nulla res ita animum divino amore semel occupatum Deo adstringit, quam gravis, diurna, & quam tuo capiti continenter impendere videoas, calamitas. Itaque Regina sacrum tribunal adire frequentius, cum lacrymis minimis quasque labeculas aperire, afflictare sese, egenorum curam suscipere, iisque dum liceret, ministrare, Deum assiduè cogitare, precari, ut meliorem conjugi mentem daret, diu noctuque orare.

10. Quod Wenceslao, si saperet, placere debuerat, id veritatem in odium; incessit deinde libidinosum & ex libidine furiosum Regem cupido, si quo paquo rescire posset, quid Regina ad Sacerdo-

cerdotem expiandum afferret, quas præcipue noxas haberet, quid de marito unquam cogitaret, an quem alium amaret, aliisque hujusmodi, quæ sibi stulta tyrannis, amore accensa, & suspicio-nibus cincta, potest & solet configere. Sed hæc ab ipsa Regina interrogando exprimere frustraneum erat. Vocat B. Joannem, quem unum omnibus Reginæ consiliis intimum esse sciebat. Post multas verborum ambages, quasi aliud ageret, mentione Reginæ injecta, paulatim ad Confessionem sacram delabitur; uxorum eam esse conditionem & subjectionem, ut earum omnia maritis nota esse oporteat, maximè in familiis Regum ac Cæsarum; opes de-inde, honores & quidquid felicitatis unquam Joannes exspectare posset, verbo regio pollicetur, si induceret in animum, vel pau-ca quæ Joanni Reginæ in sacro Pœnitentiæ tribunali aliquando a-peruisset, uni sibi concedere; id vero sibi pro omni, in tot Regiis Cæsareisque curis, solatio fore. Exhorruit ad sceleratas pre-ces vir beatus, & gravi liberâque oratione quantum crimen posce-retur ostendit; damnaret proinde curiositatem suam Rex, & quod fieri non posset, desiderare omitteret. Commovit objurgatio sancta sulphuratum, ut ita dicam, Principem: repressit tamen se-se, cum cogitaret, sape qui in primo assultu & hostium conatu fortes se probârint, ad secundum, & tertium mollescere ac vinci; primam hanc admotam esse machinam, quæ si non proces-serit, fortiorē se admoturum, quæ etiam nolenti, victoriam facilè extorqueat.

11. Nec diu abfuit, quod ægrum animum exulceraret magis. Fortè cocus regius caponem male assūm ad mensam Regis miserat. Ea res improvisa in tantam egit rabiem Wences-laum, ut naturæ humanæ & omnis humanitatis oblitus, cocum protinus alligatum verubus, flammis admovevi iussérunt. Perculsi barbara crudelitate aulici omnes horrebant, pallebant, se-mu-tuò intuebantur: videbant, si quid paululum titubassent, eadem sibi supplicia constituta: Sed nemo erat, qui crudelitati Regiæ inter-

intercederet. Unus B. Joannes, qui tum versabatur in aula, & silere & loqui in tempore doctus, postulato & impetrato ad Cæsarem aditum, verbis primùm mollibus negotium tractare; cùmque apud iratum & impotentem Principem nihil valerent, gravioribus sententiis facti atrocitatem explicare cœpit. Paucissima protulerat: confessim irritabilis & crudelissimus Princeps Satellites in clamat, nullaque Sacerdotalis Ordinis reverentia, nullo etiam ad seipsum & majestatem regiam respectu, Joannem rapi, & in ultimos carceres trudi jubet. Ibi aliquot dies squallore & horrore loci, tristissimisque tenebris, cum fame & siti propè enectus exegit; in Deo solo acquiescens, eoque latus, quod pro ejus honore & amore dignus esset habitus & carceres & contumeliam pati. Non ignorabat B. Joannes, quod Regis ira spectaret: nam etiam carceris custos monuerat, unam esse salutis viam, si Cæsari morem gereret, & ad ejus se voluntatem accommodaret. At Beatus Martyr contra obfirmarat animum, & millies discerpi ac mori quam verbum ex Confessione sacra efferre decreverat.

12. Pauculi intercesserant dies, cùm ecce honoratus vir ex aulicis à Rege missus appareret, nuntiat; Regem eorum poenitere, quæ in Joannem illiberalius admisisset: proinde Cæsari pententi donaret injurias, oblivisceretur quæ gesta sint, ac liber abiret; sed ut firmior esset receptus ad gratiam, cras ad mensam Regis ne gravaretur accedere. Venit Joannes, summique honoris significatione mensæ Regis adhibetur. Remotis mensis & arbitris, Cæsar iterum, cur ad se accersiri jussit, aperit: quiescere se non posse, aperiat tandem quæ Regina in sacra exomologesi in aurem dixerit, ex ordine omnia; miscet blanditias, pollicetur silentium; modò dignitates & præmia offert, modò carnificinas omnes minatur: nolit iram prius experiri quam gratiam. B. Joannes excuso animo honores perinde ac minas contemnere, Confessarii munus explicare, silentii sacrosanctam legem extollere, poenas temporales & sempiternas iis, qui secretum non tenuerint, patatas

ratas exaggerare ; denique Regem monere , abstineret captandis , quæ uni Deo cognoscenda servantur ; sine Sacrilegio talia tentari non posse ; in ceteris omnibus Regis imperia adorare se , unum hoc deprecari , quod si mille mortes subeundæ essent , non faceret . Rex iracundia ardens , sine mora carnificem (quem semper habebat ad manum , & patrinum per delicias appellabat) cum sociis adesse jubet : à quibus in carcerem tractus crudelissimè in catasta jussu Regis extenditur , & facibus admotis torquetur . Adfuisse supplicio Cæsarem (et si id à nemine traditum legerim) cetera ejus vita probabilem conjecturam facit ; quod ejusmodi spectaculis oblectari & oculos pascere solitum accepimus , tum etiam quod sine dubio speraret in tormentis auditurum se tandem , quæ numquam ante Joannes in publicum efferre voluisse . At vir Beatus & Christi Martyr , abstracta quantum licuit à suppliciis præsentibus mente , Sacra JESU & Mariae nomina ingeminans , nullum aliud verbum prolocutus , dolores omnes suos , vitam & mortem Domino commendabat . Nihil sibi diligentia ad summam diritatem reliquum fecere cruenti carnifices , præsertim Cæsaris urgente præsencia : omnis tamen illa carnificina intra B. Joannis patientiam fuit . Denique cum proficerent nihil Cæsare ipso abeunte , fessi & vici desistunt , ac de catasta depositum deserunt . Veteres codices coelesti consolatione recreatum Joannem tradunt : ac qualis ea consolatio fuerit , an interna quædam ad animum divinitus illapsa , an etiam externa , ex sanctorum Angelorum colloquio , aliove coelesti aspectu (ut sepe aliis viris sanctis evenire in eorum gestis legimus) non explicuerunt .

13. Post hæc Imperator , sive nequa res emanaret veritus , sive Imperatrice agente , quæ fortassis beatum virum attineri inaudierat , quem ipsa patris loco habebat ; Joannem dimittit . Joannes , quasi nihil injuriæ passus , omnes illos dolores & cruciatus silentio concoxit , nulli suorum aperiens : & curatis quæ tormenta fecerant , vulneribus , processit in publicum ; tum vetera sua munia ,

munia, majori quām unquam antē spiritū ardore cœpit repe-
re, eo pāto sese comparans ad mortem, quam vel cœlesti admoni-
tū, vel ex ipso importunissima Wenceslai Regis natura & huma-
ni cruxis avidissima iracundia, paulò pōst inferendam sibi dūbi-
tare non poterat. Ad stationem itaque suam reversus, cùm ad
concionem in Ecclesia S. Viti diceret; verba illa Christi, Modic-
cum videbitis me, &, jam non multa loquar vobiscum identidem
repetens, vultu læto & facili, mortem sibi, pro Christi & Eccle-
siae legibus oppetendam, disertè prædixit: tum cœlestibus oracu-
lis patefacta semel via, spiritu propheticō plenus, lacrymis uber-
tim fluentibus, futurum Bohemiæ statum, & venturas brevī ca-
lamitates cœpit describere: hæresin ab inferis suscitandam, cui sa-
cra & profana perinde essent, nullūmq; facerent discrimen; ec-
clesias omnes & cœnobia per Bohemiam arsura, quædam etiam
dejicienda manibus; sacros & religiosos viros omnibus tormentis
excruciatos perituros; denique exitium universæ Religionis insta-
re. Pœne incredibilis res visa, felicem eo temporis Ecclesiæ Bo-
hemiciæ statum, & opibus & potentia summa florentem Religio-
nem cogitantibus. Extrema oratione vale omnibus dixit, ac præ-
cipue à Prælatis & Canonicis Ecclesiæ Pragensis humillimis verbis
veniam poscens, & se vitāmq; suam ac virtutia multis accusans fi-
nivit, magno luctu, & in re tam nova & tot vaticiniis, cum ad-
miratione omnium auditorum.

14. Paucis post diebus B. Joannes Boleslaviam, ad anti-
quissimam totius Bohemiæ Divinæ Matris effigiem, à Sanctis Sla-
vicæ Gentis Apostolis Cyrillo & Methodio Christianis traditam &
commendatam, quæ eo loci religiosissimè colitur, iter suscipit.
Hic quām liquido pietatis & amoris sensu cœli Reginam (cui à
prima ætate consecraverat sese, & in qua spes omnes suas habe-
bat repositas) orarit, ut sibi paulò pōst morituro adesset, ut Fi-
lium propitium redderet, quisque ex Joannis in Dei Matrem ve-
teri amore, ex periculi ingruentis magnitudine, ex vicinæ mortis
hor-

horrore, vel de se conjecturam facere potest. Pragam vespertinis horis revertentem Boleslavia Joannem, Wenceslaus Cæsar, tum fortè ut erat otiosus Princeps, è fenestra prospectans observat; recurrent extemplo furioso Principi omnes illæ tristes de Regina Joanna Coniuge imagines, dolet acceptæ toties à B. Joanne repulsa, neque jam animum regere poterat. Ergo non hominem, sed malum dæmonem spirans, mittit continuò qui Joannem accersant: neque multis, ut in præcipiti ira, verbis est usus: Audi, inquit, Sacerdos, moriendum tibi est: nisi è vestigio jam hic conjugis meæ Confessionem, & quidquid umquam illa tibi confitens dixit, ex ordine exponas: actum est, peristi. Juro Dcum, aquam potabis: mersionem in flumine ea voce Cæsar volebat intelligi. B. Joannes, indignum ratus ea de re toties obtundi, non verbis, sed toto capite & severo vultu Sacrilegium aversatus est. Vix signum dederat Imperator, jam sanctissimum virum validissimi satellites circumstinxerunt, Rege vociferante; atque inter manus in aliud cubile sublimem deportant. Veteri codices significant silentium supplicio quæsitum, & vitatum esse populum, ne quis arbiter interveniret. Nocte igitur ad Pontern, qui Pragensi flumini Moldavæ impositus urbes duas Majorem & Minorem conjungit, deducitur; tum manibus & pedibus vincitis (quod disertè expressum legitur) in subiectum flumen ex ponte dejicitur in pervigilio Ascensionis Domini Anno M. CCC. LXXXIII.

15. Mortem quam occultissimam esse Cæsar voluerat, cœlestia statim prodidère miracula. Ignes & flammæ, quæ olim B. Joannem nascentem significaverant, mortuum cinxerunt; totus continuò Moldava fluvius reluxit. Videre erat innumera, & miri candoris, lumina innoxie toto fluvio innatare, commodum enim id temporis excreverat flumen, & latius atque altius fluctus attollevabant, corpus vero B. Martyris, secundo flumine lentissimè descendens, numerosiores & exporrectæ magis comitabantur faces; inde aliæ aliæque faces sequebantur, quasi pompam funeris deducerent.

cerent. Effusa ad spectaculum Pragensis civitas quid factum esset, aut quid fieret, cogitabat. Reginam quoque Joannam, ex arce Regia despectante, & omnis rei haec tenus ignaram, tam novum spectaculum attraxit. Cursu illa ad Cæsarem maritum contendit, miracula luminum ostendit, & innocentia simplicitate, quæ istud sibi ostentum velit, interrogat. Percussit illico animum sceleris conscientia, & viso coelesti miraculo velut fulgure ictus propriuit ex conspectu seæ, ac seu timore seu dolore, vero aut facto, triduum publico abstinuisse dicitur, neminem nisi necessarium admittens. Tota illa nocte circum corpus beati Martyris luxerant flammæ, sed dies, quid factum esset, ostendit: jacebat in arena corpus exanime, suo in habitu, vultu placido ac renidenti, decentissimè compositum. Statim tota urbe spargitur rumor, neque diu cœdis auctor latere poterat, cum plura ejus crudelitatis Cæsar edidisset exempla: ad hæc consciæ, carnifices, aulici, satellites nesciebant tacere. Tandein ad Canonicos Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ atrocis rei fama pervenit. Ii protinus adornata supplicatione, sanctum Fratris sui corpus ex flumine summo honore levantes, ad proximam ecclesiam sanctæ Crucis, Religiosorum quos vocant de Pœnitentia, tantisper deposuerunt, dum glorioius sepulcrum in ecclesia Metropolitana pararetur. Hæc Canonicorum pietas, cum insigni animi fortitudine conjuncta (quis enim cruenti & tam irritabilis Principis iram non pertimesceret, aut suspectam habere non posset?) sine præmio non fuit. Cum enim loculum in ecclesia S. Viti effodiunt, thesaurum divitem, & multa auri argentiique talenta ac rerum ceterarum pretia defossa reperirent; quasi sanctus vir, pro tumulo & sepulcri honore, hanc ecclesiæ & Canonicis deputasset mercedem.

16. At inferius in sanctæ Crucis ecclesia innumera hominum vis ad sacrum corpus videndum affluxit, primusque ille cultus beati Martyris à populo fuit: constantiam & fortitudinem deprædicare, pedes manusque certatim osculari, ejus seæ precibus

commendare , sacrum corpus reverenter contingere nullum faciebant finem , præsertim quod ipsa Ascensionis Domini dies , à laboribus vacua , majus otium & facultatem præberet. Non ita se in familiares tenebras abdiderat Imperator , ut quæ circa corpus fierent , ignoraret. Itaque (ut sunt omnium , qui tyrannicos habent animos , suspicosa & violenta consilia) ad religiosos illos viros sanctæ Crucis , satellites cum mandatis dimittit : nova re abstinerent , tumultum non concitarent , arcerent turbam , & Joannis Nepomucensis corpus procul è conspectu in angulum aliquem abjicerent. Factum , quod Rex imperarat , solicite : sed majore B. Joannis gloria : siquidem clausum corpus tantam ex sese cœlestis odoris fragrantiam effundebat , ut occultari non posset , magnóque iterum hominum concursu locus celebraretur. Jam parata erant funeri ducendo omnia , Canonici , Clerūsque universus , comitante innumera populi multitudine , campanis tota urbe personantibus , supplicationem instruunt , & beati viri corpus ex sanctæ Crucis ecclesia (tanto intervallo !) ad arcem S. Wenceslai in ecclesiam Metropolitanam deportant. Obsequendum populo pertenti fuit , rursusque aperta funerali arca ad venerationem ostensus est. Agros plurimos contactu sacri corporis curatos vetera manuscripta testantur. Tandem , ut aliquando finis fieret , humatus est cum lacrymis. Pauperes præcipue , quorum erat pater , planixerunt : grandis lapis superjectus ; inscriptio seriùs apposita , quam hodiéque legimus ; Honorabilis Dominus Magister Joannes Nepomucenus , hujus ecclesiæ Canonicus , Reginæ Confessarius , quia sacro sancti Confessionis sigilli custos usque ad mortem fuit , à Wenceslao IV , Bohemiæ Rege , Caroli IV. filio , tormentis tentatus , ex Ponte in Moldavam præcipitatus , miraculis clarus , hic jacet sepultus. A. D. M. CCC. LXXXIII. Haec tenus inscriptio. At Regina Joanna , posteaquam de morte B. Joannis , quem habebat pro Patre , triste nuntium accepit ; eamque mortem sua causa à crudeli conjuge illatam animadvertisit ; cum præterea .

terea nullam ex tot & tantis malis evadendi viam cerneret, in gravem animi ægritudinem lapsa, carpi paulatim cœpit, & quarto abbinc anno, nulla edita ex se prole, contabuit, mortua anno M. CCC. LXXXVII. die 1. Januarij, ut contra Hagiū ostendit Lupacius.

C A P U T III.

De veneratione & cultu, qui Joanni, velut Beato & Martyri, ab omni memoria tribuitur.

17. **N**ON erit abs re forsitan, priusquam ad miracula B. Joannis percensenda veniamus, pauca quædam de publico ejus apud nos cultu præmittere. Sciendum in primis est, et si B. Joannis memoria nullo neque Sacrificio, neque divino officio honoretur in templis (quod hinc sanctæ Sedis Auctoritate fieri non solet) reliqua tamen omnia, quibus Divorum nomina consecrantur, ad sacrum ejus tumulum adbiberi. Itaque quoties ad salutandos sanctos Bohemiæ Patronos, Vitum, Wenceslaum, Sigismundum, Adalbertum, eorumque tumulos in Metropolitanana ecclesia honorandos, Proceres, Nobiles, Sacerdotes, Prælati, Canonici, Religiosi, Matronæ, verbo, minimi maximique conveniunt, B. Joannis tumulum nunquam omitti videas. Hic provocuti in genua supplicant, preces ad eum fundunt, ejus opem implorant. Suspensa est ad tumulum tabella, latino, Bohemico, & Germanico idiomate, in qua oratio majusculis litteris ad B. Joannem Nepomucenum descripta est: eam recitare populus consuevit. Pendent hinc inde cerea lumina, & varia anathemata; cum B. Joannis imago radiata. Tumulus cratibus ferreis duplice ordine præmunitur: laminis depictis, in quibus Joannis nomen legitur, additur vox Martyris & Beati: lampas ab omni memoria tumulo imminet, ardētque: alias faces cereas ferè quotidiana-

piorum hominum devotio accedit : earum quædam humani corporis magnitudinem æquantur : his facibus consumptis , novæ alia liberaliter apponuntur , ab iis præsertim , qui se ad B. Joannis tumulum cœleste aliquod beneficium accepisse lætantur . Sere-nissimus Leopoldus , Austriae Archidux , candelabrum perelegans (de quo postea sermo recurret) huic Divo statuit , & in eo B. Joannis effigiem æream cum ceteris Bohemiæ Patronis affabre fieri fecit . Reges ac Principes nostri B. Joannem coluère semper : Ferdinandus I. Imperator , quoties Pragensem adiret ecclesiam , ante hunc tumulum genua ponebat : idem actitasse pium Principem Ferdinandum II. atque etiam III. multi meminerunt . Hic postremus , Cardinale Archiepiscopo Pragensi Ernesto II. in consilium vocato , sapius de publico B. Joannis cultu , deque ejus ab Apostolica Sede petendo canonismo (ut vocant) egisse naratur : sed piam optimi Cæsaris mentem primùm bella , deinde mors abrupte .

18. Jam verò imagines B. Joannis ætri incisæ habentur in manibus : in his & Beati titulus Joanni apponitur , & capitis apex ardens cœlesti lumine ac circumfusis radiis spectatur . Neque ho-nores isti nuper inventi , novique dici possunt : sed jam ab ipsa statim morte , & ab omni memoria hodie viventium hominum , & ab omnibus impensi . In Sacrario Ecclesiæ Metropolitanæ Pragen-sis ara quædam est : super eam (ut fieri solet) depictæ in pariete antiqua manu Sanctorum Bohemiæ Patronorum , Viti , Wences-lai , Adalberti , ac ceterorum visuntur imagines : pictura (quod appositi indicant numeri annorum , & pingendi ipsa ratio seculis nostris ignota) centum & octoginta annos superat antiquitatem . Has ergo inter imagines Divorum Joannes Nepomucenus palmarum sustinet manibus , radiato capite undique illustris . Neve dubitate possis , quem cogitarit artifex , & quem Canonici depingi jussèrunt ; trabalibus litteris titulus legitur ; S. Joannes Nepomucenus . Paucis passibus à B. Joannis tumulo in Ecclesia Metropolitana Pra-
genſi

gens capella seu Sacrarium est , pretiosis imaginibus ab arte , & mausoleo Berkarum Baronum Bohemiarum antiquorum spectabile : in eo Sacrario , sub marmore porphyretico altè educto , conditus jacet Joannes Wlassimius , secundus ab Ernesto I. Archiepiscopus Pragensis . In capellæ altari venustissimo certis diebus Sacra faciunt Sacerdotes : altaris titulus , manu propria Caspari Arsenii , sacræ Theologiae Doctoris & Ecclesiæ Metropolitanæ Decani scriptus , hæc habet : Anno M. DC. XXI. XVI. Julij per Illustrissimum & Reverendissimum DD. Joannem ejus nominis tertium , Archiepiscopum Pragensem , consecratum est altare in capella è regione sepulcri B. Joannis de Nepomuk , Confessarii , in honorem Visitacionis Beatissimæ Mariæ Virginis , ac sanctorum Virginum & Martyrum Luciae & Ottiliae , nec non S. Clementis Papæ & Martyris , & B. Joannis Nepomuceni , in quo inclusæ sunt istæ Reliquiae &c. Hanc tabellam Arsenii à se descriptam , nuper mihi dedit in manum Reverendissimus D. Thomas Joannes de Czechorod Metropolitanæ ejusdem Ecclesiæ Decanus , Archidiœceseos Pragensis Officialis &c. vir officio , libris editis , aliisque meritis clarus , eumque titulum in hanc historiam jussit imponi.

19. Jam & scriptorum nostrorum omnium , in asserendo B. Joannis Martyrio & sanctimonia , consentit auctoritas . Videatur Dubravius Olomucensis Episcopus , Hagecius Ecclesiæ Collegiatæ Boleslavicensis Præpositus , plurésque alii . Simon Fagellus , Ecclesiæ Collegiatæ omnium Sanctorum in castro Pragensi Decanus , qui ante centum & quod excurrit , annos de Sanctis Bohemiæ Patronis Hymnos scripsit typisque vulgavit , Hymnum unum cum titulo ad B. Joannem Nepomucenum concinnavit , versu pro ætate illa non planè invenusto . Georgius Bartholdus Pontanus , Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ Præpositus , Joannem Nepomucenum Beatum Martyrem appellat . Eamdem appellationem tribuunt ceteri superiorum ætatum , atque etiam bujus nostræ scriptores ; ut venerabilis Pater Albertus Chano wsky , vir Apostoli-

cus (qualem Vita ejus nuper ab amicissimo viro R. P. Joanne Tanner edita satis ostendit) tum Georgius Ferus ejusdem Societatis, plurésque alii.

20. Pridem narraveram B. Joannem Nepomuci in Bohemia ortum esse. Ex ea igitur domo, in qua Joannes primum vitæ lucem aspexit, oppidanorum pietas facellum B. Joannis honori statim ab ejus morte exstruxit: traduntque veteres memoriae, neminem in ea domo nocturnam quietem capere potuisse, omnésque insomniis fatigatos semper coactos abscedere, donec ea in Sacrarium versa fuisset. Nostra ætate Illustrissimus Baro Franciscus de Sternberg, Nepomuci Dominus, R. P. Georgio Fero incitante, facellum hoc, vetustate paulatim concidens, totum dirui jussit: novamque & formosam ecclesiam B. Joannis Nepomucensis honori magnis sumptibus exstruxit. Benedici ecclesiam illam Ernestus Archiepiscopus Pragensis & Cardinalis per alios voluit, cum ipsem per invenientinem adesse & consecrare non posset. In summa novi hujusce templi ara B. Joannis imago radiata conspicitur, atque in veneratione habetur. Per hanc recens exstructi templi causam idem R. P. Georgius Ferus Anno M. DC. XLI. libellum edidit, quem Famam posthumam B. Joannis Nepomuceni inscripsit: in quo venustis imaginibus, summo pictore Carolo Screta Bohemo operam commodante, vitam & mortem B. Joannis brevissimis titulis triplici idiomate Latino, Bohemico & Germanico comprehendit. Aditum B. Joannis ecclesia multis supplicationibus: parochi à multis passuum millibus ad certam diem ab operibus vacuam, Dominicis inter Pascha & Pentecosten, populum adducunt: idque agitur à tempore immemorabili. Sacra de B. Joanne non leguntur quidem, sed de sanctissima Trinitate: concio tamen ad populum de B. Joannis virtutibus habetur. Appensa visuntur ad ejus aram anathemata plurima, farenturque diversi ejus se meritis varia beneficia cælitus impetrasse. Pro comperto est, si campi siccitate laborent, supplicatione una alterave

ad

ad hanc ecclesiam publicè ducta, pluviam impetrari celeriter. Cantio quædam pervetusta de B. Joanne per hanc viciniam circumfertur, quam plebs rustica modulatur libenter, B. Joanni pecudes suas & jumenta cetera commendare solita, opémque sentire. In peste, quæ Bohemiam anno M. DC. XLIX. pervagata gravissimè afflixit, omnes, qui se se Nepomuci B. Joanni commendarant, periculo sunt crepti.

21. Pragæ quoque B. Joannis tumulus, ut ante dixerat, in summo habetur honore: & quamvis imperiti quidam & in religione nimium cauti timidiique, ipsius religionis prætextu, in B. Joannis veneratione obturbare aliquid tentarint; populus tamen ceterique omnes de constantia justæ pietatis dimoveri non potuit, rediictque semper sua B. Joanni gloria, quidquid unus & alter timidi conarentur. De ejusmodi vetusta religione & cultu Beatorum antiquo, optimè dixit vir eruditissimus, & in gestis Divorum describendis & illustrandis diligentissimus, rerumque istarum pericissimus, Godefridus Henschenius: Venerationi Divorum, inquit, à tempore memoriam unius sæculi excedente, Urbanus VIII, Pont. Max. nihil voluit derogatum, quod minus perpetua deinceps esset. Jam B. Joannis cultu ab antiquitate probato, ad miracula, ad ejus sacrum tumulum patrata, faciamus gradum: simul illud patebit, quæmeritò tantus eidem à populo cultus habeatur.

C A P U T I V.

Mira quædam ad B. Joannis tumulum patrata & beneficia cœlestia omnis generis.

22. Tot ac tanta B. Joannis interventu beneficia cœlitus impetrata fuisse tradunt manuscripta memoriae, ut ex iis iustum librum majores nostri confecerint, qui in sacrario Pragensis ecclesie servabatur. Citat eum librum Wolfgangus Chano-

ky

ky de Longavilla, Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicus, vir illustris, qui anno M. D. LXXXIII. moriens, ejus Beati amore, non procul ab ejus sacro tumulo, ut conderetur, impertravit. Sribit is, in illo miraculorum libro, B. Joannem Nepomucenum Thaumaturgum Bohemiæ appellari: cæcum ad ejus tumulum recepsisse vi- sum, alias præsentissimam opem sensisse, alias in vitæ mortisque confusio stantes, quosdam etiam ad supplicia mortis Judicum sententiis damnatos, beati viri, quem invocabant, auxilio, mirabiliter evasisse mortem. Addit, plura se non describere, quod liber sit obvius, quem tamen una mecum ecclesiæ Ministri omnes invenire non possumus, & subtractum ex oculis, ob hæresim nuper regnante, dolemus.

23. Illud permirum, neque minùs certum & pervulgatum: quicumque B. Joannis tumulum calcârint, præsertim si contemperint, eos ipsa die infamiam iocurrere, & vitare non posse; id omnium Catholicorum Pragensium nostræ & superioris ætatis consensu, atque exemplis plurimis constat. Anno M. D. LXXXVIII, cùm Radzivilus Princeps, Regis & Polonæ Reipublicæ nomine, Legationem apud Rudolfum II. Cæsarem obiret, accesserat Pragam Magnificus D. Christophorus Sluska Palatinus Vendensis (Catholicus ne an hæreticus à Theophilo Cristecco, Collegii S. J. ad S. Clementem Rectore id temporis, cuius chirographum eodem anno conscriptum habeo, non traditur) sed vir hic dignitate clarus, Metropolitanam Pragensem Ecclesiam aliquando ingressus, aliis ecclesiæ monumentis curiosè lustratis, ad sepulcrum B. Joannis adducitur. Narrat Palatino, qui ducebat, Canonicus, mirabilem hunc esse tumulum; nam si quis calcâsse, eo die pœnam non effugere. Risit Palatinus, & confessim pede tumulum pressit; gloriosum existimans (ut ingenia sunt) quæ ceteri timerent, calcare. At ecce è vestigio, quasi percuti frontem & turbari mentem sentit; turbationem persentiscens templo egreditur. Equum & currum Domino adduxerant famuli (numeroso enim satellitio

vir

vir inter suos admodum potens cingebatur) equum primo nominat: sicutur. At ecce, quasi intemperiis ageretur, à dextra e- qui parte tentat adscensum: ascendit denique & evadit in equum. Equus neque hortatu ullo neque stimulo moveri se loco passus est. Ergo descendere equo cogitur, currūmque conscendit: sed nulla iterum vi, quidquid agerent aurigæ, vel passum promovere pōterant. Tandem pudore confusus Palatinus, spectante & vidente Cæsaris aula ex arce, toto illo & impedito itinere pedibus conse- sto, multū admirans, & quid actum esset secum versans, ad hos- pitium in urbe reversus est.

24. In Vita venerabilis & Apostolici viri Alberti Chano- wsky Societatis Jesu aliud exemplum legitur, quod verbis ip- sius nostri scriptoris audire placebit. Dum Pragæ Albertus Gram- maticæ daret operam, effécitque annorum quatuordecim, pater ejus Joannes Chano- wsky Pragam advenit, cùmque eo Sanctorum ac præcipue Bohemicæ Patronorum Corpora venerationis ergo vi- sitavit. Accidit verò, ut etiam ad B. Joannis Nepomuceni mo- numentum venirent: ubi referente patre didicit, quantæ locus es- set venerationis, quantæ martyris illius honor Deo curæ, quām certa eorum poena qui terram illam protervè conculcare aude- rent: adeò ut virginis cuidam sacrum illud sepulcrum pede pro- tervo calcare impudenter aufæ, dum maximam inter populi fre- quentiam per pontem Pragensem domum rediret, exerto repen- te vehementi vento, quasi quodam turbine involuta vestis seu to- ga, in altum sit ab imo elevata cum incredibili virginis pudore. Ad hæc cogitare cœpi (juvat P. Albertum hæc de se scribentem audire) facile id contingere potuisse feminæ, sed viro aut puero qua ratione aliquid simile contingere posset? Quare experiundi gratia, cum eo tempore adhuc clathra circa sepulcrum Sancti es- sent rara & demissa, pedem eò data opera imposui, ita ut sepul- crum calcarem. Accidit autem, cùm ad antiquam urbem per

parvum pontem rediremus, ambulando sequebar parentem : & ecce incidi in latentem quamdam foveam usque ad genua, quæ Pragæ solent esse in plateis hieme ex congesta glacie & nivibus ; & ferè illic calceum reliqui, atque iridente me omni populo, pudore insigni fui suffusus. Et veniens ad pontem Pragensem, prope imaginem Crucifixi, illic recidi, & in luto circumquaque in pallio meo obvolutus fui ; & quasi tum interius hanc vocem audivi : In hoc loco ille Sanctus de ponte iu aquam fuit præcipitatus & submersus. Summo autem pudore affectus fui, mirantibus & ridentibus hominibus, quid & cur & quomodo hoc mihi accidisset. Hæc venerabilis Pater Albertus Chanovvsky manu propria.

25. Alia eaque longè gravior poena secuta est Calvinianum hominem, Wenceslaum Wilhelmum de Raupovva Baronem, rebellionis quæ in Bohemia ab exteris ferè hominibus Comite Turriano & Hohenloo, item Felsio aliisque novis Bohemis incolis, fœdo incepto, ac fœdiore exitu mota est, haud postremum incentorem. Hic cum aliquando in Ecclesia Metropolitana S. Viti, velut in profana domo, cum sociis otiosus inambularet anno M. DC. XIX, in B. Joannis tumulum fortè incidit. Recurrit homini vetus de eo sepulcro traditio ; quare multum Catholicorum stultitiam, ut putabat, demirans & deridens, qui rebus tam vanis tenebantur ; tumulum B. Joannis calcat, & quasi nihil egisset, cetera idolatriæ Catholicæ, ut ipsi appellant, monimenta perlustrat, neque multo post templo egreditur. In ipso templi limine famulus anhelans cum tristi nuntio accurrit ad Dominum ; filium, quem Raupovva habebat unicum, hoc momento inopinatè expirasse. Nimirum eodem temporis articulo Deus contemptum servi sui B. Joannis morte unici filii vindicavit. Discite justitiam moniti & non temnere Divos. Atque utinam hunc finem vindictæ, divina habuisset ira ! Constat inter omnes, post annos plurimos

mos Raupovvam hæreticum actum in rabiem , dum homines stri-
eto ferro infestatur , miserè Litomericii periisse. De hac Raupo-
vvæ scelerata teineritate , ne dicam magis , déque pœna irrogata ,
est inter manus meas Testificatio legitimè confecta , annulo fami-
liae illustrissimæ signata , chirographo firmata , quam Illustrissimus
Comes Zdenko Wratislavv de Mitrovicz , Vilemovii , Zerotinii Do-
minus , & Slanensis districtus Præfctus , anno M. DC. XLVIII.
confecit : qui & familiariter Raupovvam novisse , & hæc omnia
sibi constare per animi sui conscientiam testatur.

26. Venio nunc ad narrandum exemplum , quo tristius
ad B. Joannis tumulum accidit nullum. Ac nescio sanè quid illud
esse oporteat , quod tanto semper odio in B. Joannis memoriam
& sepulcrum hæretici ferantur. In illo , de quo modo dixeram ,
hæreticorum in Bohemia regno , post annum M. DC. XVIII , cùm
Calviniani Pragensis Ecclesiæ Metropolitanæ dimidium , partem
scilicet posteriorem , occupassent , suaque profana & umbratili
Coena contaminassent ; habebant illi sine dubio præ oculis sancto-
rum Patronorum Viti , Sigismundi , & aliorum Divorum corpo-
ra , ac ferebant placide ; unius tantum B. Joannis Nepomuceni
humilem tumulum videre non sustinebant. Neque modò crates
circa tumulum evellere , sed ipsum beati Martyris corpus (facinus
profecto etiam in quocumque humano corpore indignum!) exhu-
mire & in communem locum abjicere statuerunt. Sed B. Joa-
nnes locum egregiè tutatus est. Mittuntur ad certam diem valen-
tissimi & confidentissimi satellites , quibus id datum erat negotii.
Vix Sacrilegium tentarant , & crates ferreas ligonibus convellere
cœperant ; cùm ecce duo , quasi è cœlo percussi , repente in ter-
ram concidunt : alter omnino exanimis numquam vitam recepit ;
alter operi præfectus , Anglus homo , epheborum Friderici Palati-
ni (qui sese Regem Bohemiæ ferebat) præceptor , semivivus ac
ægrè spirans è templo inter manus elatus , paulo post & ipse mi-
seram

seram animam efflavit: ceteri periculo & damno suorum admoniti, una tantum sepulcri parte cratibus dejectis, opus imperfum reliquere. Res est tragica, sed eorum testificationibus firmata qui adfuere: quos inter vivit hodiéque senex, campanis in ecclesia S. Viti præfectus, rei gestæ olim spectator: historiaque hæc tota ante B. Joannis Nepomuceni sepulcrum, tessellato operre pereleganter in ligno expressa, cum admiratione peregrinorum spectatur. Recenset hoc etiam triste miraculum Germanicus liber, cui titulus est Veridici, Augustæ anno M. DC. XXX. typis editus pag. 89. & seqq. ac primum Angli illius Calviniani, sepulcro insultantis sacrilegas voces, tum cœlestem ultionem humi alliso corpore, demum eadem nocte inter horrificas vociferationes ac ejulatus, quasi ab igne aliquo ureretur, infelicissimam mortem multis verbis describit. Adjicitur in eodem libro; paulo ante decretoriam in Albo - monte pugnam, qua hæreticorum res conciderunt, cùm anno M. DC. XX. nocte quadam hæretici satellites, in eadem ecclesia, in Christi Crucifixi statuis aliisque Divorum imaginibus dejiciendis strenuè laborarent; à Catholicò pióque homine, qui tum aderat & dolenter quæ gerabantur spectabat, visos tres viros humana forma augustiores è sepulcris prodire: primum cultu Regio, alterum Episcopali habitu conspicuum, tertium sacro quidem in habitu, sed ignoto. Hos convenisse unà, ac stantes, quasi de futuro rerum statu capita conferrent, postea amissos ex oculis; nihil dubitari à Catholicis S. Wenceslaum Regem, & S. Adalbertum Episcopum primos duos fuisse, tertium omnes suspicari B. Joannem Nepomucenum, quem tantopere odissent hæretici, quémque exhumare etiam voluissent. Ita liber ille. In re tam recenti fides sic penes auctorem: ad tumulum B. Joannis redeamus.

27. Ob hanc igitur causam, & saeva in calcantes exempla edita, cùm jam pridem ferrei clathri ad unius ferè ulna

ulnæ altitudinem prætenti essent, Canonici novis aliis craticibus sepulcrum cinxerunt: qui Clathri facile tres ulnas altitudine æquant, ut nisi ægerrimè vix esse cuiquam improbo & injurio liceat. Porro Calviniani, tam male à B. Joanne accepti, quamdiu Pragensi ecclesia sunt usi, tumulum ipsum totum, præstigias in eo latere vociferantes, asseribus & tabulis quibusdam clausere, ne ullo modo adiri, imò ne spectari posset. Obturbare illos, dum ad cœnam in templo sederent, B. Joannes videbatur; & velut mortualis umbra, nimium odiosus & non vocatus, intervenire conviviis. Jam verò hanc ipsam Ecclesiæ Metropolitanæ profanationem, & stantem in loco sancto abominationem ex sacro suo tumulo B. Joannes significavit. Siquidem imminentे illa ab hereticis calamitate, saepius nocte gemitus & lacrymosæ quædam voces ab imo templi audiebantur: Custodes autem templi, studiosè gemitus illos secuti, animadverterunt non semel, ex quo à S. Wenceslao fundata erat, ne quidem Hussii aut postea Rokyczanæ temporibus, hereticorum impuris sacris profanata fuisset. Sed plures sacri illius tumuli prærogativæ possent adferri: nam aliis quoque temporibus Ecclesiæ S. Viti excubitores, ad indicandam fortasse beati viri sanctimoniam & in cœlo gloriam, amabili quadam luce sepulcrum illud cingi, & radiis coruscare viderunt. Neque id mirum: pro thesauro est Pragensi ecclesiæ B. Joannes, ubi verò thesauri lateant, ajunt ignes emergere.

28. Præcipuus B. Joannes Nepomucenus Patronus & Tutaror eorum habetur, quibus infamia periculum aliquod imminet, quique ne admissum scelus factumve emanet in publicum,

blicum , pertimescunt : occurrit enim mirabiliter periculis , & factum abscondit . Exempla in eam rem publica dare nec possum , nec audeo : quia ut silerem , atque etiam nescirem , ipse Beatus Joannes , qui texit , effecit : sed res est inter omnes contestata : solentque eos , qui afflitti , quo se vertant nesciunt , ad Beati sepulcrum mittere , ut timores suos exponant & commendent . Hujus festinati & toties perspecti auxili arguento , edita typis pridem oratio est , quæ sub B. Joannis effigie legitur hisce verbis concepta : Præsta quæsumus , omnipotens Deus , precibus nostris , quas in B. Joannis Confessoris veneratione deferimus , pium benignus auditum ; ut ejus meritis & intercessione suffulti , ab infamia & confusione temporali liberati , ante mortem reatus nostros sincera Confessione expiare , salutari poenitentia delere , & portum æternæ salutis contingere feliciter valeamus . Per D. N. Jesum Christum filium tuum . Iis quoque fert opem B. Joannes , qui exitiali verecundia crimina sua in sacro tribunali aperire reformidant : nam ad ejus tumulum supplicantes , audaciam quamdam ad proferenda omnia addi sibi senserunt , idque aperte Sacerdotibus sunt testati . Anathemata ad B. Joannis tumulum plurima olim pependisse meminerunt senes : hæresis Calviniana anno M. DC. XIX. laceravit omnia , aut flammis corrupit . Nostra memoria matres aliquot , ad partum gravissimè laborantes ; alii hydrope , alii febribus diuturnis crudelissimè vexati , fusi ad B. Joannem precibus , convalluere , ut anathemata hodierna testantur . Quibusdam ipsa fides & in B. Joannem amor opem attulisse videtur : nam cùm alia deessent , pulverem , ex ejus lapide sepulcrali modicè abrasum , ad varios morbos valuisse senserunt .

29. Matrona Illustris (quam nominare nihil attinet) cùm aliquando de Sanctis in Metropolitana Ecclesia conditis mentio

mentio fieret , & nescio quæ ex domesticis puellis B. Joannem Nepomucenum inter eos numerasset ; illa supercilio sublato , Quem tu , inquit , Joannem nominas ? nihil de illo Roma scit : colitur ille à rudibus perperam , neque forsitan hanc venerationem meretur : nam si sanctus esset , pridem eum Pontifices in Divorum numerum retulissent . Post aliquot dies cum eadem matrona , nihil jam de B. Joanne cogitans , oraret in templo ; reperit in libello precum Beati effigiem capite radiato in habitu Canonicorum venustissimam , quam ante numquam viderat . Paulo post cùm domi in scrinio suo aliud querit , alia item ejusdem Beati effigies quasi sponte venit in manum . Ea res improvisa ita tenerum matronæ animum vulneravit , ut confestim in lacrymas soluta , B. Joannem Nepomucensem inclamarit . Diéque altero ad Ecclesiam Metropolitanam profecta , Confessione peccatorum præmissa , divinam Eucharistiam sumpsit ; & sepulchro beati Martyris advoluta ; audaciæ veniam postulavit . Nec omittenda est religiosi cuiusdam viri temeritas , divinitùs ut videtur castigata . Hic in disceptatione cum socio sui Ordinis inita , negabat rite fieri , quòd B. Joannes à populo coleretur ; addebatque cum stomacho , malè agere eos , qui cùm facile impedire possent , cultum hominis tam ignoti tolerarent . Nondum abierat dies , en tibi gravem ægritudinem : nulla data causa tremore artuum insolito concutitur ; ac ne mali originem ignoraret , simul ultro succurrit cogitatio B. Joannem de se vindictam sumere . Neque aliud fuit : nam neque tremor , neque dolor posuit , donec æger B. Joannem voto honorasset , ac veniam postulasset . Rem vero , ut secum gesta erat , ipse religiosus vir ad perpetuam memoriam scripto consignavit . Ardet ad B. Joannis tumulum suspensa lampas , ut antè dixi . Ex ea lampade Servus - capellæ (ita templi Custodem appellant) oleum omne effuderat , oleique loco aquam puram infuderat ,

fuderat, ut socium suum (cui commissa & nutrienda lampas erat) vexaret. Accedit rerum omnium ignarus socius, alter videlicet Aeditimus, priore illo procul observante, & benignam sibi socii irridendi materiam oblatam gaudente. Accenditur lampas, aqua sine omni elementorum pugna exardescit, lampas nitidissimè lucet. Territus rei novitate ocularis ille servus, facetur quid egisset: uterque agnoscit miraculum: plures ecclesiarum Ministri advocantur: rem ita se habere comprehendunt, Deum in servo suo B. Joanne glorificantem.

30. Stat super B: Joannis Tumulum candelabrum ex orichalco ingens, cuius pedem artificiosissimis statuis puerorum undique ludentium, aliisque imaginibus æreis distinctum, inter cetera spolia, excisa urbe Mediolanensi à Friderico Barbarossa Cæsare, Wladislaus Bohemiæ Rex belli ejus socius, ante annos facile quingentos; quod ex Salomonis templo fuisse diceretur, Pragam attulerat, & ecclesiarum S. Viti donarat. Eum pedem, adjecta nova mole, jam ab annis centum octoginta, antiquitas in candelabri formam eleganter aptavit, & sepulchro B. Joannis imposuit; quod in manuscriptis templi codicibus non aliter, quam Candelabrum B. Joannis appellatur. Id candelabrum nostra memoria ornandum sibi sumpsit Serenissimus Archidux Leopoldus, Ferdinandi III. Cæsaris frater, & statuas omnium Sanctorum Bohemiæ Patronorum, suo quemque in habitu (quos inter B. Joannes noster spectatur) itidem ex orichalco apponi jussit, supernè in orbem quasi in corona stantium gratiosissimo spectaculo effigetas à bonis artificibus, ut erat Princeps artium ejusmodi amantissimus & aestimator peritissimus. Hoc opus novum, cum sacrilegis oculis quidam fuissent intuiti, & aurum esse credentes; cupiditate vieti, defrastant B. Joannis statuam, quæ ceteris videbatur formosior, rapuere. Magnam illis sacrilegium attulic

attulit curam , quippe diu noctuque laniabatur intemperiis mens , ut nec somnum nec quietem ullam capere possent. Adacti igitur à monitore & tortore assiduo , quem habebant intus , retulere statuam : & ad tumulum B. Joannis , mox ad sacrum Pœnitentiaæ tribunal advoluti , rem omnem Sacerdotibus aperuère.

31. Hactenus de B. Joannis Nepomuceni Vita & Miraculis concinnata Narratio. Porro ne quem sua laude defraudem , præcipuam mihi materiam suppeditavit Perillustris & Reverendissimus Dominus Joannes Ignatius Dlauhovvesky de Longavilla , Protonotarius Apostolicus , sanctæ Metropolitæ Pragensis , nec non exemptæ Wissehradensis , & Collegiatæ Veteroboleslaviensis ecclesiarum Canonicus : cuius verbis , ex ejus ad me litteris , hanc narrationem concludam : Mitto , quæ de B. Joanne Nepomuceno invenire potui ; cäque ex variis fidissimis & indubiis manuscriptis collecta , sub fide Sacerdotali communico : faxit Deus , ut quem honoramus in terris , ejus consortio perfruamur in cœlis. Amen.

Oratio ad B. Joannem Nepomuc.

*Quam tribus linguis, Bohemicè, Germanicè & Latine scriptam,
& in tabellis ante ejus tumulum appensam, populus piè re-
citare consuevit, ad verbum descripta.*

B. Joannes, Martyr ac Patrone, Nepomuci in Regno Bohemiæ oriunde, templi S. Viti in arce Pragensi Canonice ; eò quòd ad instantiam Wenceslai IV. regis, ulcisci se de conjugé, saepc illum de vita corrigenda monente, volentis ,

ante & post torturam , Confessionem Augustæ
 propalare recusasti , in flumen Muldavam ex Pon-
 te præcipitatus , à luminibus , noctu supra flumen
 ubi corpus tuum jacuit apparentibus , certissimis
 tuæ innocentiae & sanctitatis testibus ostensus , so-
 lenniter ab universo Clero ac populo ad Cathedra-
 le templum deportatus fuisti ; ubi usque hodie ,
 qui tuum sepulcrum exhonorat , vulgi infamiam
 effugere non solet . Tu enim admirandam , inau-
 ditam , ac sempiternam memoriam secreti exomo-
 logeseos tuendi post te reliquisti . Per hæc tua me-
 rita & dona divinitus tibi concessa , precamur sup-
 pliciter ac fiducialiter , apud omnipotentem Deum
 eam impetra nobis gratiam , ut ira ejus conquie-
 scat , peccatorum pœnas , uti pestem , bellum , fa-
 mem , aliásque tam corporis quàm animæ , plagas
 clementer avertat ; & ut nos ante obitum confite-
 ri , pro peccatis satisfacere , omne periculum &
 seculi dedecus , hominūmque scandalum effuge-
 re , Deo placere & adhærere , vitam laudabiliter
 concludere , & ad vitam æternam pervenire possi-
 mus . Per Jesum Christum Dominum ac Sal-
 vatorem nostrum . Amen .

॥ ३२ ॥





Joh. Andr. Eitigel sculps. Aug. 1743

*Concepit filium
in senectute suu
Luc. C. 3. v. 36.*



*S. Iohannes de
Urbis Cor.
R. e. natus.
e. scribitus
parvulus
et dulcis. he.*

*Iannus Nepomuk ex granduca
parvulus narratur, celesti plan.
ma domum paternam ambiente.
Via Num. 4. et 3.*

*Lutus Orl.
Prud. Alfonso
V. Antiquaria
Lara Randa
des. Novellus
nata. J. G.
S. S. et. Mag.*

anno B. M. V. 1711.

LA P. A. V.

*Necque herba, neque
malumna sanavit.
Sup. C. 26. v. 24.*



P. Joachim a
Crus, Carmel
pior a Maria
a morte pre-
servatus
M. d. Ord. Carmelit.
14. Iun.

*Puer Iohannes ope B. V. de morte
vixi e gravi morbo convalescit.
Vt n. s.*

V. Joachim
du Lardin
Ord. Carmelit
B. M. V. de
conservatus
Iun. 14. 1500
Jesu

*Puer autem erit misericordia
in conspectu Domini ante
furem Heli Sacerdotis*

J. Reg. C. s. n. u.



*S. Lazarus de
Grotta B. S. L.
pauper Lazarus
exponens
monstrans et
litteras. Rolland.
5. Fide.*

*Sacra pietatis in monte vero,
di P. P. Cisterciensis sedulus
ministrat. V. n. 3.*

*B. Lazarus
Canonicus
Ord. Cisterci.
Sacerdos.
Lazarus. Im.*



Sacerdoto milu. Sacerdotem fidelen, qui pax et orationem et amynam meam faciat.

Ez. i. 9. v. 35.



*S. Iacob. Prod.
et. R. cor.
S. Iacob. Prodig.
et. R. cor.
S. Iacob. Prodig.
et. R. cor.*

*Sacerdotio instaurulus monachorum
inter picturam et preuentivam opus
exigit. Re. n. 5.*

*Vas Lorraine
Thibaut se.
Li Ruchard
Domaniere,
superstitiose
tum. Iacob.
v. 27. Feb.*



7.
Non enim signum sicut
pharisei, adulterantes vir-
bum DEI, sed ex oratione
sua sicut ex DEO, cum
DEO in Christo loqueretur.
Cor. 4. 2.

St. Peter
S. Petrus
et Barnabae
in prædicta
Ecclesiæ
concl. ad A.C.
Ap. 27. Sept.

Pro Ecclesiæ
Romanae
mense, et a
Spiritu S. a
falsa dictio
Lxx. et. Ioh.



S. Ieronimus
Eloymarus
rus. Parro
cha Alenae
dinus. Dic.
23. Jan.

Ioanne Archi-Praeule auctor fit
Canonicus ad S. Vit. den. Caron,
in Ecclesiastis et Eloymarus.
Vt. n. 6. et 7.


S. Ieronimus
Eloymarus
rus. S. Bea
datus Ele
mymarus.
L. 1. Jan.

*Nobis querere à Domino
aduertionem, neque à rege
catholicon horum.
Exod. C. 7. v. 4.*



*Chambers
in Propheta
Canticorum
Anachorita
Moses. 3. 10.*

*Recusat Episcopatum Liwmericanum,
ut et exceptum Proprietu-
tum Vjordlundensem. Vle. n. 7.*




*Subiectum loquuntur omnes
qui qua imponit studio
silentium, iras metuat.*

Prov. C. 26. n. 4.



*Sapientia et dissipatione causarum
bitiumque arbitrio a paribus
lectus. Vt. n. 8.*



*Sacramentum Regis
abscondere bonum est.
Tab. C. 12. v. 7.*



*procurando
libertatis
et confortandi
spiritus fratrum
obligatus
est secundum
conveniunt.*

*Wenceslaus Imp. Conquisitio anglosax.
enem ex Ioanne resarcere magnum
promisit tenet. V. n. 10.*

*S. Lutgard
S. Schreob
caecu van
non tradid
miser Lee
se. Mag.*

Cum corripetur ab u
lo - de omnibus malis et
que fecit Herodes, - in
stant Iohannem in carcere
Eze. C. 3. n. 19. & 20.



*Respondebat
Ihesus apóstoli
Rex iste
cuius regnum
non est a terra.*


*Cesaren, quid capio ob mu
le agri caponem avari pufri
set, reprehendit, ideoque carcer
datur. Vte. n. 21.*

*Respondebat
Ihesus apóstoli
Rex iste
cuius regnum
non est a terra.
Et dicit ei
Iesus: Quia
tu exaltas
teipsum
super me.*



*Nisi obediens praecepto regis,
sed praecepto legis;
s. Mach. C. 7. v. 30.*

*E cibis, in quib[us] ad Ierusalem
Regius auctoritatem diceret tenet,
t[em]p[or]e, honorique dominiorum Regis men-
se adhibetur. Vt. n. 21. et 22.*





*Imagin' Phasur Loren-
em Prophetam, a misere-
cione in novum.
Isa. xxv. 1.*



*Lorenus equuleo tortus, et fuscibus
urulatis, porrigit in silentium, et
silentio. Vt. n. 12.*


*M. S. dicitur
diamon' accidens
et pessimale
propositio
pro perturbante
rebus. Ita
S. I.*

*2. Secundum
M. S. dicitur
diamon' pro
C. C. Cardine
ab Henrico
Rege Anglia
magistri
L. L. M.*



*Patiens lenitus Princeps, et benignus molles
confinxet duram.*

Prov. c. 25. v. 25.



*Ianner dom semisus, consanguinis
tis occulit vulneribus tormento
infesta alium discrimulat.*

Td. n. 13.


*Si lenitus
Terroris
Ep. sibi non
non malorum
auctor
Lc. 27. Mar.*

um Pro. S. C. M.

T A P. A. I



Et tu quid velox es
 Impetu gubernare nos
 facilius quid a D.N.
 I.C. sumisurare mea
 a Pro. C. 1. v. 4.



Iohannes ex hunc recreatus mortem
 presulat, ad cinque se parat
 de cunctis Crux p. V. n. 11. et 13.

Iohannes ex hunc
 recreatus
 de cunctis
 Crux p. V. n. 11. et 13.

*Potes Paulus discipulis
exhortatus eis, vadere.*
Act. C. 20. v. 2.



*Lanuer repos illud. Post modic.
cum dicas, coniurati vale frater,
nuntiem suum, multaque Bohemus
innocentias mala retinuerunt. Vt.
n. 23.*

*Duo rogari te ne deuocet
nata antequam moritur.
Prov. C. 30. v. 7.*



*S. Iohannes
Iesus Excep-
tus est a
Matri Tua.
Lxx. v. 14.*

*Iohannes Bochartum ratione per-
grinatur, vite exarum Virgini M.
tri conueniuntur. Tit. a. 14.*


*S. Iohannes
Bochartus
Ratione
vite exarum
Virgini M.
tri conueniuntur.*



Sacredum meum mihi,

Sacredum meum mihi.

Ieremia c. 34. v. 26.



*Eccliesie
Capitulum
qui omnes illas
tempora Non
habet nisi
Magdalena.*

*Non credamus rationem Iovanni an
precatus, erexit certaque morte
in praecepto, intentat, sed nihil obu-
tuit. Vc. n. 14.*


*St. Ignatius II.
Ep. Rarioris
adversarii
Lam. Theolog. et
spiritus et
corde pro
Iesu. ad. Lam.*

Carm. P. S. C. M.

L. A. P. e. A. A.







In misericordia sua expeditus
spiritus: sperat autem
justus in morte sua.
Prov. c. 14. v. 32.



Wouerius tumultum fugit, dein
Imperio exiuit, at Iovanna quan-
to post anno p̄i obiit. Vc. n. 17. Siuom.
A. 10. t. 8. Proe. f. 302.

Pro. Toma-
so. Secunda
anno. 1500.
Iova. R. con-
tra. L. au-
toribus qui
adversari. 8. 10.



condemnati sunt
omnes qui blasphemaverunt
vobis; benedictaque eritis
qui adiutori erunt vobis.
Tob. c. 13. v. 10.



de Mardi
Fundi Ord
Ridom &
lige & Tobi

B. Ioannes famus Patronus, et
vindex se dehonorantionis.
Vit. n. 13. et seq.

o. Ioseph
Opibet que
ad quod temp
dormit. Et
dicitur. Ioseph
s. Melchisedec
s. Iacobus



Sternbergiana Ill^{ma} Familia domi
Iohannus Exeterianus fuit, vi aquis mu-
ns pietate a Iohanne impigeris virtutem non
sentavit. Vit. n. 20. et Progr. f. 354.

*Extendet manum suam
super Aquilonem.
Soph. c. 2. v. 13.*



*D. Ioannes peculiaris Bohemiae,
Germaniae, totiusque Septentrionis
Titularis. Summ. N. 28. et 26.*

*Exclusus est
tempore
Papae
Petrus
secundus
et Dux*

*Le Chypre
et
Cipro
est
bris
qui
par
cibus
est
de
la
terre
et
de
l'air*



P. Ignatius
Franz Ritter
XI. a Clon.
XI. Beatus
collectus.
14. May.

Immemorialis cultus Sani Dei
cooperante Archi Ep. Pragae Frd.
C. Kuenburg a Clon. XI. a Innoe.
XIII. approbat permissu Off. a
Mis. 7. Jun. 1720.

S. Ioan. de
Brixen. &
Hugo Ritter
duca. a Clon.
XII. a
Innoe.
approbat
Mis.

*Quoniam libidinum ipsius
succubavit eum. M. et
vix in manu lingua.
Prov. C. 18. v. 20. et 23.*



*S. Ieronim.
Diversis
modis magis
tela produc-
ere videntur.
Ed. 6 May.*

*B. Luvius corpus elevatur, et lin-
guia post 370. annos incorrupta re-
porta publica, solennique venerati-
oni exponitur. 4. Jul. 1720.*

*Illustratio
S. Scholastica
Vic. Gen. O. M.
apud cor et
longinas in-
corruptas.
Ed. 6 May.*